



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 12. Vtrum inferior Sacerdos poſſit, nullâ urgente neceſſitate,
absolvere à reſervatis cum onere comparendi coram ſuperiore?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

Et procedit etiam si superior committat alteri facultatem absolvendi, quia irrationabiliter obligat pœnitentem, ut alteri se prodatur, cum possit alius confessorius, utpote probus, & doctus æquus, & bene saluti spirituali subditi prospicere. Idemque dicens dum est, licet facultas peteretur per confessarium juvenem, & non bene moratum, seu talem, qui non posset ad confessiones subditorum deputari, casu quo superior certior factus de verecundia, & nimia difficultate pœnitentis prudenter timere possit, licentiam negatam, in damnum potius, quam in subditi spirituale commodum vertendam. In hoc enim eventu, eadem, quæ supra, militat ratio, ad licentiam aliorum Prælatorum præsumendam.

15. Assero quartò, si superior probus, & doctus confessorio neget injustè licentiam absolvendi subditum, aliàs excusatum à præcepto divino confitendi superiori propter damnum extrinsecum, quod timet, & confessorius nolit illum absolvere; poterit urgente necessitate communicare, vel celebrare contritus. Et fortè nil aliud contendunt D. Thom. & sequaces. Ratio est, quia nequit omittere sine nota communionem, & non habet copiam confessorii. Si autem Sacerdos velit illum absolvere, poterit eidem confiteri, imò, & tenebitur ei, vel alteri, quem superior designaverit, si nullum ab eo damnum extrinsecum timeat. Nec aliter poterit communicare, cum nequeat elicere actum contritionis, in sensu composito cum proposito non confitendi cum alijs teneatur.

16. Hac ratio planè etiam evincit, non posse urgente necessitate communicare, non præmissa confessione, subditum, cui superior non habenti legitimam causam excusantem ab obligatione comparandi coram superiore, vel ejus delegato, nolit, etsi injustè, concedere facultatem confitendi alteri: nam cum subditus sub mortali teneatur confiteri, non potest actum contritionis elicere, non adimplendo præceptum, atque adeò si confessorius noluisse illum absolvere, teneretur, vel omittere communionem, quantumvis urgente necessitate, vel suo Prælati parere; quod si Prælati cognitâ pertinaciâ, & obstinatione subditi, fragilitati humanæ, ut debet, condescendat, facultatem concedendo, ut absolvatur; curet confessorius, eum ritè disponere, exhortando ad concipiendum dolorem de peccato prave intentionis non confitendi Prælati, nec alteri, cui ipse committerat, & ad propositum saltem generale de cætero non peccandi.

17. Debent autem superiores in ejusmodi concessione facultatis se faciles præstare, ut ex communi Doctorum tenet Trullench supra, & aliter peccare mortaliter, docent Henriquez, Sylvester, Panormit. Rodriguez, & alii, quos sequuntur Fagundez supra, Sotus, Angelus, & Armilla apud Turrianum disp. 31. de Pœnit. dub. 38. Audiant, obsecro, modestissimum P. Suarez apud Fagundez supra: Crudele, inquit, Tyrannicum, & plenè periculosum est velle, & ordinare superiores antecedenter, ut subditi ipsis confiteantur. Et infra asserit, id velle & ordinare, quando moraliter cogunt subditos, ut sibi præsententur, vel confiteantur. * Quibus verbis, ait Fagundez, clarè supponit Suarez peccare mortaliter superiores eam licentiam denegando.

18. Sed ne aliquis existimet, superiorem nunquam posse absque peccato, licentiam denegare; assertio quinta sit. Superior potest justè negare facultatem subdito, ut alteri confiteatur, vel ne confessorio, per

quem licentiam petit; quoties id bono pœnitentis expedire judicaverit. Ita expressè P. Suarez disp. sect. 4. num. 4. & 11. Sylvester, Sotus, Fillium, Macina, Coninch, & alii, quos citatos sequitur Trullench in praxi, lib. 4. cap. 10. dub. 9. quibus assentit P. Henriquez cap. 13. citato num. 6. dicentem interdum, si frequentior esset reincidentia, poterit prudenter negari: dubitati enim non potest, quoties posse Prælatos prudentissimè timere, & necessitatem hujusmodi facultatis non futuram vellem pœnitenti, sed potius occasionem scandalii, & reincidentia in similia peccata. Idque tunc nimis, quando facultas per confessarium, qui non pro subditorum confessionibus deputatus est, nec pietate, & moribus capax, ut deputetur.

19. Addit Suarez supra num. 8. superiorem non solum posse, sed debere negare facultatem, quando hoc necessarium fuerit ad aliorum perniciem, & grave damnum vitandum, etiam si subditus male futurus sit tali medicinâ; quia tunc tenetur subditum suam conscientiam ei aperire, qui libi, & alijs prodesse potest, & non obesse; ac proinde si non est sufficienter dispositus ad confessionem, nec facultas alteri confitendi potest ei uniusesse.

Q V Æ S T I O XII.

Utrum inferior Sacerdos possit, in la urgente necessitate, absolvere reservatis, cum onere comparandi coram superiore?

1. **Q**uestio procedere potest, vel de absoluteione directa, vel de indirecta. Absoluteione directa à reservatis ea dicitur, quæ est jurisdictione à superiore delegata confectur, & absoluteione, sive cum onere comparandi: ita ut nullâ prohibita materia, præter reservata, possit subditum illis absolvi; ut ex communi Doctorum tradit Henriquez lib. 3. de Pœnit. cap. 15. num. 2. Absoluteione indirecta dicitur, quæ impenditur à Sacerdotem habente jurisdictionem in reservata, sed in aliquâ materia, à quibus directè pœnitentem absolvit, & consequenter à reservatis, eò quod unum mortale delictum remitti non possit. Undè fit, reservata in tali confessione subjecta non aliter per eam absoluteionem remitti, quam peccata mortalia obliata, & consequens, debere ex præcepto divino iterum iterumque confiteri. Si de absoluteione directâ quæramur, certum est apud omnes, non posse ab inferiori Sacerdote, non urgente necessitate, imponi; aliàs per reservationem non tolleretur ratio di; aliàs per reservationem non limitaretur ad absoluteio in reservata, sed solum limitaretur ad absoluteio sub onere comparandi; quod manifestè negat Tridentino dicenti, Sacerdotes inferiores non possint peccata reservata, ut constat ex sess. 14. cap. 2. posse circa reservata, ut constat ex sess. 14. cap. 2. posse circa reservata, ut constat ex sess. 14. cap. 2. reservationem non prohibere, quemvis Sacerdos à reservationem verè absolvat. Difficultas igitur solum precatur de absoluteione indirecta; nempe quando pœnitentis simul cum reservatis alia peccata confitentur, in quibus aliis deficientibus, certa est Sacerdotis jurisdictione, & dubium tamen ratione concurrentia veritas, & potestatem quoad licitum ejus usum. His positis.

2. Prima sententia asserit absque ulla necessitate, & rationabili causa, absolvi posse à Sacerdote approbato cum onere, ut pœnitens sola reservata superiori, aut ejus delegato postea confiteatur. Ita sentiunt Tolerus, Sylvester, & alii, quorum sententiam referens, non improbat Diana 3. part. tract. 4. resol. 8. Et pro illa stare videntur D. Thom. Ledesma, Paludanus, Richard. Gerson, & alii apud Henriquez lib. 3. cap. 12. in gloss. lit. T. quia non expiuntur, requiritur causa; sicut neque plures alii, quos adducit Suarez disp. 31. sect. 2. num. 1. Item Henricus, Medina, Viguerus, Angelus, & Gabriel apud Luisium disp. 31. de pœnit. dub. 3. & hanc opinionem, quando pœnitens non est aditus excommunicatione reservata, amplectantur Navarr. de pœnit. dist. 5. §. Capitus, nu. 12. & Cajetanus in Sum. verb. Confessio, condit. 10. & alii apud Bonacinam tom. 1. disp. 5. q. 7. puncto 5. num. 5. & putat probabilem Trullench in praxi, lib. 4. cap. 10. dub. 8. num. 2. Hujus opinionis aliud fundamentum non reperio, quam per hujusmodi absolutionem indirectam non tolli, nec cessare reservationem peccati, cum adhuc inaneat pœnitens cum obligatione comparandi coram superiore; & aliunde aliam adhibeat materiam, supra quam directè cadat absolutio, ne frustretur Sacramentum.

3. Verùm si probabilis esset alia opinio, quam ex Cornelio, & alius retulimus, tract. 4. de Sacram. quæst. 5. num. 2. asserens, absolutum indirectè à mortaliibus posse ad communionem accedere; multum ex praxi præsentis opinionis, jurisdictioni superiorum derogaretur, & non levi religiose disciplinæ jactura; quia per integrum annum posset subditus absque ulla causa confiteri reservata inferiori Sacerdoti cum onere comparandi in fine anni coram superiore aut ejus delegato. Sequela probatur, nam ex una parte præceptum confitendi proprio pastori semel tantum perobligat in anno, & ex alia ad communionem solum tenetur pœnitens suam justificationem certam facere per confessionem, quod in presenti eveniret. Nec obstat, Sotus, Ledesma, & Henriquez supra citatos asserere, sic absolutum teneri statim, ac commode possit superiori presentari; quia id gratis dicitur, nam ut supra cum pluribus docuimus, laicus, qui solâ contritione præmissa in aliquo casu communicavit, non tenetur, quamprimum possit confiteri: ergo idem dicendum est de illo, qui per confessionem aliorum peccatorum justificatus ad communionem accessit. Propter hæc.

4. Secunda & vera sententia negat, Sacerdotem inferiorem posse licet, sine licentia superioris, absolvere à reservatis, etiam si cum onere comparandi, non existente rationabili causa, nempe celebrandi, aut communicandi, quando absque scandalo, & infamie nota, omitti non possent. Ita cum Soto, Cano, Durando, & aliis sentit P. Suarez disp. 31. sect. 2. num. 3. dicens, sic intelligi debere Doctores in contrarium adductos, & oppositam opinionem non posse cum probabilitate, & securitate in praxi servari. Probatur: quia confessio jure divino debet esse integra: ergo debet esse accusatio omnium peccatorum coram legitimo iudice; sed illa confessio, de qua loquimur, magna ex parte non esset accusatio coram legitimo iudice, cum Sacerdos, ut ponimus, non habeat jurisdictionem in omnia peccata sibi subiecta: ergo sicut absque causa urgente nequit confessio fieri non integra, ita neque coram Sacerdote, non habente jurisdictionem in omnia peccata.

5. Confirmatur, quia aliàs posset etiam confiteri sola non reservata, tacendo reservata, ut postea superiori confiteatur. Quod licet probabile putent Alensis, & Petrus de Soto apud Suarez supra, reverà non est, ut bene Suarez num. 5. tamen Doctores isti consequenter ad sua principia loquuntur, quandoquidem idem est confiteri reservata non habenti jurisdictionem, ac non integrè confiteri. Confirmatur secundo, quia aliàs pœnitens habens venialia, & mortalia posset confiteri simplici Sacerdoti non approbato cum onere comparandi coram approbato pro absolutione mortalium. Et similiter posset ei confiteri sola venialia cum proposito, & onere confitendi mortalia, etiam reservata legitimo superiori, quod prorsus falsum, & inauditum est.

6. Si autem fortè pœnitens reservata simul cum non reservatis bonâ fide confiteatur, iudicans sibi sufficere propositum comparandi coram superiore, valida foret absolutio, quia ex una parte, ratione bonæ fidei, esset confessio illa formaliter integra, & ex alia Sacerdos habet jurisdictionem in aliquam partem materiæ, ac proinde etiam si mala sui fide, absolutionem conferat, valida erit. Ita Suarez supra cum Navarr. & Cajetano, dicens, esse sententiam communem, quam tenent plures apud Henriquez lib. 3. cap. 15. num. 1. quando peccatum non habet annexam excommunicationem reservatam. Vide, quæ diximus sup. quæst. 5.

7. Sed quid si illam habeat? Aliqui Doctores existimant, nullo modo posse, quantumvis urgeat necessitas communicandi, absolvi indirectè à peccatis, posse verò ad vitandum scandalum communicare, vel celebrare contritum. Ita Sotus, Valentia, & alii apud Bonacinam tom. 1. disp. 5. quæst. 7. puncto 5. §. 3. num. 8. & est fere communis inter Theologos, quorum plures refert Joannes Santius in Selectis, disp. 32. nu. 11. Eorum fundamentum est, quia non ablata excommunicatione, pœnitentis absolutio à peccatis est invalida.

8. Verùm contraria sententia probabilior est, quam tenent Henriquez supra num. 7. Suarez disp. 31. sect. 3. num. 6. Coninch disp. 8. dub. 13. num. 106. Bonacina supra, & putat probabilem Diana 3. p. tract. 4. resol. 104. in fine. Probatur, quia etiam si peccatum habeat annexam excommunicationem reservatam, potest pœnitens in casu necessitatis, ut concedunt adversarii, præmissa tantum contritione, communicare, vel celebrare: ergo, eadem urgente necessitate, poterit confiteri Sacerdoti inferiori cum onere comparandi coram superiore pro reservatis. Consequentia videtur certa; quia si scandalum vitandum excusat à præcepto divino confessionis præmittendæ ad communionem, ut ipsi volunt, cur non excusabit à præcepto divino confitendi proprio Sacerdoti, præcipue cum maneat onus comparandi? poterit ergo non solum indirectè, sed directè à reservatis absolvi. Secundo probatur: quia ratione urgentis necessitatis censetur Pontifex concedere facultatem absolvendi à reservatis cum onere comparandi coram legitimo iudice: ergo, eadem urgente, censetur etiam concedere ad absolvendum à censura reservata sub eodem onere. Tertiò, quia valde probabile est, excommunicationem se tenentem ex parte pœnitentis, bonâ fide accedentis, non invalidare absolutionem à peccatis, ut tradunt Navarr. Sotus, Covarruv. Cajetanus, Suarez, & alii apud Santium sup. num. 11. citato.

9. Addit Trullench lib. 1. Cruciata, §. 7. cap. 2. dub. 2.

dub. 2. num. 5. posse cum prædicto onere absolvi, quamvis non sit alia necessitas, quam utilitas magna communicandi, vel celebrandi in festis, in quibus solet ex speciali devotione. Quod deficiente excommunicatione, tenet etiam Henriquez cum Ledesma & aliis *lib. 3. cap. 12. num. 5. in gloss. lit. T.* Addunt alii seclusa necessitate communicandi posse subditum non valentem recurrere ad superiorem, confiteri cum inferiore, exprimendo, vel subticendo reservata, ne multum differat confessionem, aut communionem. Ita cum Suarez de Pœnit. *tom. 4. in 3. par. sect. 2. num. 7.* & cum Granado *in 3. p. controvers. 7. tract. 9. disp. 5. sect. 3. nu. 22.* tenet Diana *5 p. tract. 13. resol. 8.*

10. Sed quid si superior in crastinum adiri possit? P. Mendoza *2. 2. disp. 84. sect. 7. §. 190.* Videtur posse, nec debere hominem noctu ad fontem accedere in peccato mortali, sine confessione. Nihilominus non audeat decernere. Mihi verò sufficiens causa videtur ad præsumendam voluntatem superioris, ut absolvat cum onere comparendi, & ita expressè tenet Caramuel *in Theologia fundament. in prima edit. num. 1301. fol. mibi 651.* & iterum in secunda *num. 1836.*

11. Addit Marchantius apud Dianam *par. 9. tract. 7. resol. 11. §. ex quibus habentem reservata, & non potentem adire superiorem, posse per inferiorem Sacerdotem directè ab eis absolvi in omni casu, ne pro dilatione pœnitentiæ, periculum immineret animarum.* Quod satis probabile, & tutum in praxi putat Diana *suprà*, quorum opinionem cum limitatione defendit Dicastillo de Sacram. *tom. 2. tract. 8. disp. 11. dub. 17. num. 305.* quando scilicet confessorius habet potestatem absolvendi à non reservatis. * Quia in casu, inquit, urgentis necessitatis, prudenter præsumi potest superior nolle pro eo esse reservata, quæ aliàs talia sunt. * Sic ille: cuius sententiam satis probabilem vocat Diana *part. 11. tract. 8. ref. 49.* Adverte tamen, peccatum mortaliter subditum, qui ex industria dfferet confessionem usque ad horam, quæ prævidet, præ angustis temporis, aut aliis circumstantiis, confessorium non valiturum adire superiorem ad impetrandam facultatem absolvendi; quia ante communionem tenetur iure divino confiteri superiori, vel alteri de ejus licentia, atque adeò non se impotentem reddere ex industria.

12. Obijcies: ergo qui habet venialia, & moralia poterit, urgente aliqua necessitate ex dictis, confiteri simplici Sacerdoti cum onere comparendi coram approbato pro absolutione mortalium. Concedo sequelam, in quam valde propendit Suarez *disp. 31. sect. 3. num. 9.* & satis probabilem videri, inquit Egidius Coninch *disp. 8. dub. 13. n. 107.* Quamvis autem præfati Doctores certum putent, fore validam prædictam absolutionem, si bona fide pœnitentis conferatur, nihilominus iudicant verosimilius, esse illicitam, quia usus, & praxis Ecclesiæ ita videtur observare: non enim concedit facultatem confitendi simplici Sacerdoti, dum adest conscientia peccati mortalis. Si autem inquiras, cur concedat potestatem confitendi reservata Sacerdoti approbato, non habenti jurisdictionem in illa, cum onere comparendi coram superiore, & non concedat sub eodem onere

facultatem confitendi mortalia simplici Sacerdoti? Id probat Suarez aliquibus coniecturis, tenet Henriquez, *lib. 3. de Pœnit. cap. 12. n. 4.* sed iudice parum probante, ac proinde non potest pœnitens confiteri mortalia simplici Sacerdoti cum onere comparendi coram approbato, vel communicare contritus ob scandalum vitandum, juxta diversas opiniones.

13. Non desinam hic adnotare singularem sententiam, quam tenet Croulers in Regulam di. *dispositi, cap. 7. lect. 22. fol. 697.* Ubi allent, absolutum indirectè à casibus reservatis excusari à obligatione iterum confitendi, per institutionem subsequenter superioris, id est, per facti approbationem, quæ quidem, ait, sufficiens ad defectum tollendi obligationem confitendi iterum peccata. Cui consonare videtur Trullius in praxi, *lib. 4. cap. 10. dub. 9. n. 16.* Verum opposita docent communiter Doctores, & merito; quæ illam confessionem, utpotè non factam coram legitimo iudice, & per absolutionem indirectam, non adimpletur præceptum divinum confessionis. A quo nequit superior subditi eximere.

14. Ex dictis in hoc capite, decidenda sunt quæ trunca alia legentibus non ingrata. In hoc licet habens casus reservatos, & non habens Bullam Cruciatæ, nullà urgente necessitate, possit confiteri Sacerdoti approbato cum onere comparendi Bullam, & eâ assumpta, coram illo, vel illo, quem maluerit ex approbatis, comparandi. Affirmativè respondere debent (quod eâ valde notandum) quotquot afferunt supra, licet pro libito pœnitentis, nullà urgente necessitate, confiteri inferiori cum onere comparandi coram superiore, vel ejus delegato, pro absolutione reservatorum. Nos verò contrariis principibus innitentes, oppositam sententiam consequenter deducimus. Afferimus verò cum Thom. Sanchez *tom. 1. sum. lib. 2. cap. 13. n. 32.* absolutum ab aliquo reservato cum onere se præsentandi, si postea in se bilis, aut alterius indultu, iterum absolventi manere liberum ab illo onere, nec teneri superiori se præsentare. Quia jam est directè absolutus per legitimum superiorem à Summo Pontifice delegatum.

(††)
(†)

QUESTIO

QVÆSTIO XIII.

An, qui reservata potest confiteri inferiori Sacerdoti, ad id teneatur ante communionem?

Non disputo cum Doctoribus asserentibus, habentem casus reservatos, in nullo eventu, posse absque licentia superioris, nec directè, nec indirectè absolvi; sed tantum posse in casu necessitatis, contritione præmissa, communicare, vel celebrare. Quod tenent Adrianus, Richardus, Durandus, & alii, quos sequitur Vazquez tom. de Penit. quæst. 91. art. 3. dub. 9. n. 27. & 28. & tom. de Euchar. disp. 208. cap. 2. num. 7. & alii apud Santium in selectis, disp. 32. n. 10.

2. Procedit igitur quæstio cum his tantum Doctoribus, qui nobiscum admittunt, licere in casu necessitatis confiteri Sacerdoti inferiori, cum onere comparandi, sive absolvatur directè à reservatis, ex præsumpta licentia superioris, ut sentiunt plures: sive indirectè tantum, ut vult Suarez disp. 31. sect. 3. Rursus præsens quæstio solum procedit, quando non patet aditus ad superiorem, vel (quod perinde est) quando non potest illi fieri confessio reservati, sine gravi periculo, aut detrimento; quia si absque his incommodis possit à superiorem peti absolutio, vel facultas confitendi alteri, nulla potest esse necessitas, ob quam inferior Sacerdos possit absolvere à reservatis, etiam si cum onere comparandi, ut constat ex dictis quæ præcedunt. His positis: duo inquirimus. Primum, An occurrat necessitas communis, ut celebrandi, si ad superiorem non possit recurrere, teneatur poenitens habens reservata confiteri inferiori Sacerdoti? Secundum: An etiam ipsa reservata, cum onere tamen comparandi? Videatur Machado tom. 1. fol. 381. num. 4.

2. Prima sententia utrumque affirmat. Ita Henríquez, Suar. Fill. ut Bonac. quos citans sequitur Trullench in praxi, lib. 4. c. 10. dub. 8. n. 6, quibus accedunt Vega, & alii apud Dianam 3. p. tract. 4. ref. 104. Probatur Trullench, quia jure divino præmitti debet ad communionem confessio omnium mortalium, quando talis confessio possibilis est, sed in præfenti, ut ponimus, est possibilis: ergo.

3. Secunda sententia asserit, poenitentem, licet possit, non tenei confiteri reservata, sed sufficere, quod mortalia non reservata confiteatur. Ita Alex. Petrus de Soto, Angelus, & alii, quos sequitur Joannes Sanchez, sup. Gerson, Victoria, Ledesma, & alii apud Henríquez lib. 3. de Penit. cas. 5. n. 5. in gloss. litt. 1. Et hæc sententiam esse probabilem & tutam in praxi, tenet cum pluribus Diana 2. p. tr. 14. ref. 65. Quibus accedit Fill. utas tom. 1. tr. 4. c. 6. n. 213. & plures Doctores, quos novissimè citat, & sequitur Fr. Leander hic disp. 12. q. 33. apud quem illam tenent expressè Castro Palao, & Torreblanca, & putat probabilem cum Salas, & alii, Card. de Lug. de Euchar. disp. 14. sect. 5.

4. Assertio prima sic contra primam sententiam. Nullus teneatur confiteri peccata reservata cum onere comparandi coram superiorem, vel ejus delegato. Ratio est, quia aliter obligaretur poenitens bis confiteri idem peccatum, quod nec jure divino est præceptum, nec humano præcipi potest, juxta communem Theologorum sententiam. Ex quo fit, quod

Part II.

quando in Religionibus conceditur iter agentibus facultas eligendi confessarium pro reservatis cum onere comparandi, nemo obligatur prædicta facultate uti, ut ex Suarez, & Lugo docuimus sup. q. 4. n. 5. in fin. & cum Fillucio tenet Diana ref. 65. Quapropter DD. affirmantes, subditum in prædicto casu tenei ad confessionem reservatorum, debent consequenter dicere, in casu necessitatis præsumi licentiam de præfenti concessam ad absolvendum directè à reservatis absque ullo onere comparandi: & ita, me iudice, sentiunt aliqui, quos suppresso nomine refert Henríquez lib. 3. c. 13. n. 9. quod ipse non improbat: Nec n. 10. in fine asserat, in his, & aliis casibus senil definire, contentum aliorum sententiam monstrasse.

5. Et quidem inficiari non possum esse probabile, posse poenitentem directè absolvi à reservatis absque onere comparandi, quoties talis fuerit necessitas, ut possit contritus, nullo aditante Sacerdote, celebrare, vel communicare. Et ita expressè tenet D. Franciscus Verde in utroque jure Doctor in opusculo pro Carumuele, q. 12. p. 7. §. 4. o. n. 633. fol. 170. dicens: * Hæc cum reservatio sit de jure humano, non potest prævalere integritati de jure divino requisitæ, & consequenter ut servetur integritas, cessat reservatio: Ex quo jam cognoscitur, quod quotiescumque quis potest faceri peccata confessario, confessio non est dimidanda ob reservationem, sed directè est absolvendus, reservatione cessante, nam debet cessare, vel integritas, vel reservatio; non integritas, ergo reservatio. Sic ille, cuius opinionem docuerat Dicastillo tom. 2. de Sacram. tr. 8. disp. 11. dub. 17. n. 305. Ubi asseruit, quod si valde difficile sit adire superiorem, vel urgeat necessitas, peccatum non est reservatum. Et putat probabile Dianam p. 11. tr. 8. ref. 49. Fundamentum est, quia non est minor ratio ad præsumendam de præfenti licentiam superioris ad absolutionem in isto casu conferendam absque ullo onere, quam ad eam præsumendam à Generali, vel Pontifice delegatam, quando petitur, & non conceditur pio, & docto confessario à superiori locali. Ergo vel utrobique, vel nullibi præsumenda; sed in secundo casu præsumitur, secundum plures q. 10. citatos: ergo & in primo. Et idem in utroque casu idem dicendum tenet Quintanaduennas in sing. ad poenitentiam Sacramentum, tr. 3. sing. 11. n. 7. citans Henríquez, & Trullench. Sed parum fideliter. Contrarium verò tenendum est; rum ne à communi sententia discedamus; tum præcipue, quia id videtur intendisse Concilium, cum dixit, Sacerdotem inferiorem nihil posse in reservata extra articulum mortis, quod saltem de absolutione directè absque ullo onere comparandi verificari debet.

6. Assertio secunda contra primam sententiam. Poenitens habens reservata, potest in casu quæstionis sola non reservata confiteri. Conveniunt Doctores secundæ sententiæ. Probatur: quia Sacerdos, ut ponimus, non est iudex respectu reservatorum: ergo non est obligatio se de illis accusandi coram ipso, etiam ex suppositione, quod alia peccata possit, aut teneatur confiteri: vera enim accusatio, nisi coram legitimo iudice esse non potest. Non est igitur in præfenti aliud iudicium ferendum de reservatis, quam de aliis peccatis mortalibus, quæ poenitens posset in hac confessione ex iusta causa tacere: atqui ex eo, quod occurrat causa excusans à confessione minus mortalis, non idem impeditur quis confiteri reliqua legitimo eorum iudice: ergo. Quod autem defectus jurisdictionis in Ministro sit iustificans causa omittendi reservata, constat ex Tridentino sess. 14. cap. 5. Ubi confessionis integritatem ex eo probatur,

M m

quod